

fueris tantum non obrutus, difficultates nihilominus, & absq; ve difficultate qvidem, superasti omnes. Gratulor felicitatem hanc Tibi, gratulor Celeberrimo Parenti, Patrono Magno, hujusq; ve votis ut ulterius respondeant, qvæ Ipso præeunte ac svalente suscipis, animitus precor. Inimitabilem appellavit Archimedem Cardanus; qvam verè, nunc non dispuo. Dicam potius, qvæ sentiam Te respiciens, Parentis Celeberrimi Filium apprimè æmulum. Summum Viri acumen imitando exprimere, nimis esto arduum aliis: Tibi, si perrexeris, qvâ incedis viâ, non erit. Loquitur istud præsens Dissertatio, & excellentis, qvam sub Paterno moderamine è Matheseos culturâ præmii veluti loco reportâsti, in enodandis rebus promptitudinis & indefessæ industriæ testis certissima. Nihil igitur impræsentiarum addo, nisi hoc: Assistat isthuc dexterimè tendenti Divinum Numen! Dab. raptiss. medias inter occupationes è Mus. 27. Febr. Anno 1692.

T.

L.GOTTLOB FRID. Seligmann /  
Ecclesiast. & Collegiat. Lips.

Coll. diss. A. 1, misc. 50